



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

Dom. XXIII. post pe[n]t. Eua[n]. Simile &c. regi, qui uoluit ratio. Mat. 18.
Homiliæ. tres. Vltima est de inuidia

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

DOMINICA XXIII.

IAM INDE A FERIIS PENTE

costes, euangelium. Matth. XVIII.



In illo tēpore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Assimilatum est regnum cælorum homīni regi, qui uoluit ratiōem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus ē ei unus, qui debebat ei decē milia talenta. Cum autem

nō haberet unde redderet, iussit eum dominus eius uenundari, & uxore eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, adorabat eum, dicens: Domine, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitū dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centū denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Redde mihi quod debes. Et procidens conseruus eius ad pedes eius, rogauit eum, dicens: Patientia habe in me, & oīa reddā tibi. ille autē noluit, sed abiit & misit eū in carcerē, donec redderet debitū.

Sup. 5
Luc. 12

Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt ualde, & uenerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc uocauit illū dominus suus, & ait illi: Serue nequā, omne debitum illud dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus quoadufq; redderet uniuersum debitū ei. Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si nō remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.

HOMILIA I.

Ecclesia
regni cæ-
lorum.

Matt. ult.

Philip. 3

SAepe multūq; fratres in Christo charissimi, nos docuit dominus, q̄ pacto recōciliari debeamus deo, quæ præ omnibus & super omnia nobis proponamus diligendum. Nunc autem docemur ab eo frustra nos meditari reconciliationem cum deo, nisi etiam proximo nostro noxam remittamus, quæ summa sentētia & quidam quasi scopus est huius euangeliū. Cauete igitur uobis ab inuidia & odio, ne cum isto immiti & immisericordi seruo tradamini tortoribus, perpetuis supplicij cruciandi. Sed nos iam saluberrima hæc sancti euangeliū uerba in manus sumamus, eademq; ex sentētia sanctorum patrum interpretemur. Assimilatum est regnū cælorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Nō semel iam admonuimus penitentem hanc ecclesiam, quam & militantem dicimus, regnum appellari cælorum, ex multis rationibus ibidem indicatis. nunc breuiter 4. tātum libet commemorare. primum, quod sicut per gloriā in cælis habitat deus, ita per gratiā suā in ecclesia, cui se promisit p̄sto affuturum usq; ad consummationem seculi.

2. Sicut regnū cælorum exaltatū & eleuatū ē sup oīa alia terrena, ita ecclesia iustorum sublata ē sup contēptum rerū tēporalium, siquidem & nostra cōuersatio in cælis est.

3. Quæ admodum in cælo alia alijs sunt lucidiora, alia

etiam obscuriora, semperq; ab alijs alia lumen ueluti for-
nerantur, sic & in ecclesia alijs maioris sunt meriti alijs, &
nonnulli doctrina sua illuminant alios, iuxta illud **Daniel. 12.**
Qui docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti.

4. **S**icut uniuersa uirtus corporalis exit a deo in hac
inferiora super terram, & per stellas quoq; caeli lumen, mo-
tus & influenza, ita etiam omnis diuina uirtus exit a deo
per ecclesiam iustorum in omnes homines, eo q; extra illam saluari ne-
mo potest, sicut extra arcam Noe non manserunt animalia uiuunt. **Gene. 7.**

Quando igitur dominus comparat regnum caelorum, ecclesiam hanc
praesentem regi domino, q; positurus sit rationem cum seruis
suis, uult ille hoc inde colligere. Magis debitores sumus
deo, ipsius plus incitamus & prouocamus peccando, q; si de-
linquamus aduersus proximum nostrum: quia tanta est offensa,
quantus ille qui offenditur. Quod si dominus infinitus
est, ita ut est, aliquo modo etiam peccatum redditur in-
finitum, sicut ob id illud dominus in infinitum punit.

Quamuis autem ex parte nostra offensa magna est, tamen misericors
tamen & propitius est deus, ut paratus sit dimittere,
quotiescunq; ueraciter poenitemus, quod interrogati Petro,
quoties dimittere deberet fratri aduersum se peccanti, re-
spodit, non tantum septies, sed septuagies septies. **Matth. 18.**
Quum itaq; misericors adeo sit dominus in remittendo nobis
peccata, quid nos facere aequum est erga proximos nostros,
quando sic etiam ille orare nos docuit, **Dimitte nobis**
debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-
stris, sicut deinceps latus dicturi sumus. Et ideo cum pau-
lo ante hoc euangelium docuisset, quoties suo quisq; dimit-
tere deberet proximo, ut id ipsum melius animis eorum in-
figeret, parabolam subiunxit, quoniam moris est apud Sy-
ros & Palaestinos per similitudines pleraq; proponere.

1. **R**ex positurus erat rationem cum seruis suis, ubi illi
primum prudentia diligentiaq; consideranda uenit. paterfamili-
as enim prouidus & etiam princeps circumspectus, nisi cum
subditis suis & familia rationes bene suppuler, saepe male
agitur, quando & in prouerbio uersum est illud, saepe sup-
putata ratio conseruat amicitiam, & apud dominos fere ira
fit, ut ex eiusmodi saepe subductis rationibus ministri sint
diligentiores, q; alias nimia heri indulgentia insolescerent.

- quod q̄ malum sit, experimur quotidie. Decet enim dom̄num prudēter & pulchro reꝝ omniū ordine singula tum agere tū administrare, iuxta illud qd̄ de sup̄mo dominato re dixit Sapiēs: Tu dominator uirtutis cū trāquillitate iudicas, & cū magna reuerētia disponis nos. Ita Ch̄s q̄q̄ facit tāq̄ prudētissimus oīm administrator, s̄pe nos uocās ad reddēdā rōnem, dicēs q̄ nobis illud quod dixit uillico: Redde rōnem uillicatiōis tuæ, q̄ iā amplius nō poteris uillicare. Quo pacto aut̄ rōnem ē nobis exigat, p̄ scripturas, p̄dicatores, cōfessores, & nostraz̄ cōscientiaz̄ illuminationē, nimis longū ē ēt dicere, satis sit hic nobis certum ēē, qd̄ de omnibus cogitatiōibus, locutiōibus, cōsensu, uisū & operibus reddēda nobis ratio est coram iustissimo iudice Christo, qui & dixit: Dico uobis, qm̄ omne ybū ocio sum quod locuti fuerint homines, reddēt rōnem de eo in die iudicij. Memēto igit̄ o homo, uide quid agas, quid ue loquaris, quia de omnibus redditurus es rōnem. Tuq̄ adeo princeps, comes, nobilis, p̄tor, quisquis es, quid agis: ue maxime hic reuearis neminē, nec sit qui tibi audeat dicere, Cur hoc ita facis: quid opprimis pauperē innoxiu? Memēto iusti iudicij, acerrimæ rōnis, qm̄ manifestabūtur omnia, ubi potētes potēter tormēta patient. O hō quicūq̄ putas clām te facere omnia, clām peccare, clām bona retinere aliena, neque esse qui sciat illud. Cauesis cogites illud, omnia propalabunt etiā usq̄ ad extremū quadrante.
- Sapient. 12** Itiā hic iustitiā domini cōsidera, qui neminē punit, nisi id rōne exigēte. Intra enim in iudiciū cū suo, crudelis alī s̄ fururus & immanis, nisi id ita faceret. sic Salomon inquit, Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Quo docentur p̄lari & omnes qui in magistratu positi sunt, non negligenter agere quicq̄ cū subditis suis, sed diligenter uultum attendere gregis.
- Lucę. 16** Cum iā cēpisset rōnem ponere, oblatu ē ei unus, q̄ debebat ei decē millia talēta. Scio, inquit Hieronymus, quosdā istū qui debebat decē millia talēta, diabolu interperari, sed minus recte, qm̄ huic seruo remisit dñs debitū omne, diaboli aut̄ superbia semper ascēdit aduersus deū.
- Matth. 12** Cur hoc itaq̄ & nos expositionē cōmunem, & uidebimus ad hos seruos oēs intelligi homines, quibus gratiā suam
- Sapient. 6**
- Matth. 5**
Theoph.
- Prove. 20.**
- Prove. 27.**
- Hierony.**
- psalm. 73**

tribuit deus, ut cum ea bonum operent. omnis enim actus bonus lucrum, malus uero dispendium dicitur. Tempus quoque futuri iudicii non magno opus habebit spatio temporis, sed sicut resurrectio dicitur futura in momento, in ictu oculi, sic puto, inquit **Origenes**, & iudicium fore, quicquid ab initio ad finem mundi factum fuerit, id omne uno momento patebit, sicut in homiliis de nouissimo iudicio iam supra diximus. Sed quid sibi uult ille seruus, qui decem millia talentorum debebat? hoc ipsum ait **Augustinus**, quia lex decem praeceptis commendat: & ille debebat decem millia talentorum, per quod omnia peccata significat, quae contra legem fiunt. decies namque decem, centum conficiunt, quo significatur peccatum erga proximum, ideoque & alter ille seruus huic debere dicitur centum denarios. **Theophylactus** sic ait, Decem mille talentorum debitores sunt, & qui populi praefecturam susceperunt (unusquisque enim homo magnum talentum est) & deinde non bene funguntur principatu, iuxta illud propheticum, **Sub. Jezech. 33** dicitur in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Sic nimirum debuit rex **Manasses**, cum quereretur apud dominum peccasse se super numerum arenae maris, & multiplicatas esse iniquitates suas: quandoquidem ex sententia iacobi etiam nos in multis offendimus omnes. Aut nonne putas decem millia talenta debuisse domino illos de quibus ait **Isaias**, Vae genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, derelinquerunt deum, blasphemauerunt sanctum Israel &c. **Origenes** At forte, inquit **Origenes**, ideo multorum talentorum factus est debitor, quoniam secutus est mulierem super talentum plumbi sedentem, cuius nomen iniquitas, iuxta illud angeli ad **Zachariam**, Ecce talentum plumbi portabas, & ecce mulier una sedens in medio amphorae. Unde colligitur quodlibet magnum peccatum merito dici talentum amissionis domini, cuiusmodi sunt adulterium, idololatria, perfidia, latrocinium, furtum &c. sicut & hic seruus fecit, quia ob rem tot talenta debebat. Vicissim autem boni eo ditiores fiunt, sicut **Dauid** & **Salus** quosque homo pius, tot ditatus est talentis auri & argenti. At tu scire forte cupis opera bona, talenta dici. ecce parabola illa tibi, cum dominus seruo suo talenta quaeque tradidit, quibus ille lucratus est alia quaeque.

Origenes**1. Cori. 15****Parte. 1****De verbis domini.****Exodi. 20****Theoph.****Jezech. 33****2. Par. vlt.****Jacobi. 1****Isaias****Origenes****Zach. 1****Matth. 13**

1. Corin. 3. Quapropter etiā Paulus opera bona aurum & argētum uocat, ingens: Si qs superædificat sup fundamētū hoc aurum, argētū, lapides p̄ciosos, dies domini declarabit.
4. De serui debito iā cōstabat, & tamē ille non habebat unde solueret. uere enim non habet p̄ctōr unde resoluat dominū. ex se quidē ipso peccat hō, sed sine gratia & auxilio dei à p̄ctōrē sordibus resurgere nō pōt, sc̄cūdm quod dominus dixit p̄ prophetā: Perditio tua ex te ē Israēl, t̄mmodo ex me auxiliū. Et hoc ē quod idē in se deprehendēs Paulus ait: Velle adiacet mihi, perficere autē bonū nō inuenio. idip̄m quoq; respiciēs dominus, dicit apud lohanem: Sine me nihil potestis facere, peccare sine deo facile possumus, sed nō itē facere bonū, eo q̄ omnis sufficiētia nostra ex deo est. hoc adeo tibi certo cōstet, qm̄ nō tātū nō boni quippiā facere potes sine peculiari gratia dei, sed ne cogitare quidē, quo tamē nō excludit libere hominis arbitriū, de quo uide in homilīs peculiarib⁹ articuloꝝ. Sic alibi dixit dominus: Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eū. & Paulus, Quia nō est neq; currētis neq; uolētis, sed miserētis dei. Nō potuisset unq; debitū tātū resoluere seruus, nisi dominus ex misericordia remisisset ei. usq; adeo & miser & impotens est p̄ctōr, ut sit etiā indignus eo q̄ uescit pane, iuxta illud angeli: Miser tu es, miserabilis, paup, cæcus & nudus. Non habere igit seruo unde t̄m resoluere debitū, iussus est uxorē, liberos & oia sua uēdere. Quilibet sub p̄ctō uendit p̄ctōr, testante de se Paulo & dicēte: Ego carnalis uēditus sum sub p̄ctō. q̄sq; enim peccat, seruus peccati efficit. Ita Iudæi q̄q; pueri, uēditi sunt ijs cū facerēt malum. Quilibet p̄ctōr eo q̄ talis est, uēditus iā iā est diabolo, & adhuc queris q̄ sit conuētio, qd̄q; inde det ille, p̄ p̄ctō: sane nil aliud, q̄ uanā, sceleratā & turpē uolupratē. Quo nomine dicit dominus p̄ prophetā: Gratis uenundati estis, & sine argēto redimēmini. Nō autē hic de ea uēditione loquit dominus, quoniam seruus iste iā peccatis uēditus erat, domino suo decies mille talēra debēs. Alia adhuc uēditio ē ad p̄ctōnā, de q̄ hic agitur, dum iste tortorib⁹ tradēdus relinquit, neq; ipse solus, sed & uxor, liberi bonaq; omnia uēdi iubent. Sed quānā Theoph. hec uxor est: caro, q̄ cōiunx ē animæ, & pueri, oga q̄ male

sunt à corpore & anima. Iubet igitur ipse & uxorem uendi dominus, hoc est, corpus & animam torqueri, atque utriusque opera & uirtutes. Sunt qui per uxorem concupiscentiam intelligunt carnalem, id utrumque in idem recidit. Quid multa? poenis ille addidit, eo quod precium uenditi, est supplicium donati. *Cætesz Augustinus*
Origenes per carnem intelligit ciuitates impiorum. sicut enim Ierusalem ciuitas est iustorum, ita Babylon, Tyrus & Sidon coniuges & matres sunt peccatorum. Nos iam rogemus & suppliciter dominum deprecemur, ut quauis magno multorum peccatorum uelut ere alieno & debito simus constricti, tamen deus illa nobis misericorditer condonet & remittat, neque sinat animam, corpus operaque nostra uendi in perpetuum & æternis deputari supplicijs. Amen.

Etiam secundum literam uenduntur iam uxores & filij, quando in potestate inimicorum ueniunt, ut ait Beda.

HOMILIA SECUNDA SUPER

euangelium dominicæ XXIII.

à ferijs Pentecostes.

Rationem ecce subducit dominus cum seruis suis, quorum unus prodit, domino suo decem millia debens raelenta, quicquid unde solueret non haberet, iussit rex uxorem illius uendi & liberos. neque id tamen ex tyrannide uel crudeli quadam immanitate, sed quia incredibili cura illius deuinctus, hac comminatione ad supplicandum ne uenderet, adducebat. Et non simpliciter remittere ei debitum *Chrysol.* uoluit, sed cum ipso conferre rationem, ut inde suus magnitudinem sui cognosceret debiti, angustiam quoque in qua uisabat, non habens unde solueret, iubere quoque iam uendi, addisceret etiam immensam illam quam ei dominus exhibebat misericordiam, quibus omnibus adduci debebat etiam proximo suo benignitatem exhibere, atque ideo iam sequitur: Procidit suus ille, & orauit regem: Habe patientiam mecum, & omnia soluam tibi. Quod procidit ad pedes eius, argumentum fuit humilitatis in opere, quod autem orauit, signum quoque fuit humilitatis, sed in uerbis. Domine, inqueiebat, habe patientiam mecum, & omnia soluam tibi. *Roma.* Multos patientia sua adduxit dominus ad poenitentiam, iuxta illud Pauli: An diuitias bonitatis eius, patientiæ & longanimitatis contemnis, ignoras quoniam benignitas dei ad

pœnitentiã te adducit: dilationẽ hæc uis etiã ille orabat, sed nõ ante q̃ dñs ab eo exigebat solutionẽ, minabatq; ip̃s us & cõiugis suæ uẽditionẽ, semper ille debitũ sinebat cre scere, donec iam debebat solui, sic multi p̃tã p̃tã ad cumu lãt, tãrisper dũ t̃ps ex postulat solutionẽ: iãq; dñs apparito res & lictores illis immittit in ædes, morbos, famẽ, bella &c. q̃d & **Dauid** agnouit, dicens: **Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerũt.** sic & **Isaias** inq̃t, **Cũ feceris iudiciũ sup terrã, iustitiã discẽt inhabitatores terrę, nos em̃ si misereamur impio, nõ discet ille iustitiã.** Quot sunt em̃ q̃ in superbia & omni malitia eo usq; uiuũt, dum eos adorat de⁹, immittẽs monitorẽ de debito? **Aut** cur tã dẽ agrotat hic? cur ille incẽdio perit? cur isti demergunt aq; liberi? cur alij fruges pereũt istæ de cælo? cur hinc bella, isthinc fames, illinc ỹo annonæ charitas, aliude aq; in perus ingruũt? **Omibus** ijs nos admonet deus decies mille talentos, q̃ illi debemus, usq; sic eũ rogem⁹ magis ob dũ missionẽ, perituri aliã, nisi id ille faceret. **Atq;** mirum in hoc illud ẽ, q̃d habet **Dauid** in oratiõẽ sua, **Imple** facies eorũ ignominia, & inuocabunt nomẽ tuũ dñe. **Hinc** si q̃s re nuit appropinq̃re deo per pœnitentiã, immittit ei ille in ternunciũ talẽ, q̃ admoneat eũ debiti, iuxta istud **Dauidi** cũ, **In chamo & freno maxillas eorũ cõstringe, q̃ nõ adproximãt ad te.** siq̃dẽ si cui dñs monitorẽ nullũ miserit, q̃ sibi debet at t̃m, nec ipse se agnouerit debitorẽ, huic infelicitet res succedet, testãte **Dauid**: **In laboribus hoim nõ sunt, & cũ hoibus nõ flagellabunt, ideo tenuit eos superbia, operi sunt malitia & ingrãte sua.** Quãto igit meli⁹ est, deũ ali cui ingerere cognitionẽ debiti sui, ut prociat ante deum cum seruo petẽs gratiã, aliã sine cura ambulaturus extra oẽm timorẽ, dicturusq; cum stulto isto, **Peccauit, & qd mihi accidit triste?** altissimus enim est patiens redditor. **De propitiato p̃tõ noli esse sine metu, neq; adijcias p̃tũm su per p̃tũm.** **Seruus** hic agnouit magnitudinẽ debiti sui, dicens: **Domine, habe paciẽtiã mecum, & omnia soluã tibi.** **Orare** possumus sane deum, cognoscentes immensam illius pietatẽ & misericordiã, quoniã bonus & misericors est, & qui facile remittat peccatũ, sicut ipsum orauit **Manasses**: **Domine, peccauit, & agnosco iniquitatem meam,**

Psalm. 15

Isaie. 26

Psalm. 82

Psalm. 32

Psalm. 72

Eccle. 5.

orans oro te, remitte mihi. Quæras autem, cum non haberet hic seruus unde solueret, quur promittit domino se illi omnia redditurus. Respondeo ad hoc tibi, quod non ex suis utribus solutionem promittebat, quoniam id non poterat, sed quia penitentiam acturus & satisfactorus erat cum gratia dei, & ope sacramentorum, maximeque meriti passionis Christi, sic nimis uolebat persolvere dominum, peccata sua confiteri, penitentiam agere, laudare deum. Sic clamant peccatores per Oseam, Omne aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Ita uides, quomodo non habeat peccator unde soluat dominum, dum in peccatis perseverat. conuersus autem ad dominum, discit, mutante interim in hoc sibi deo, & loculum precii sanguinis sui offerente, ut ad gratiam perueniat, & peccatorum debita resoluat.

2. Tandem iam dominus misertus est serui sese humiliatis, dimisitque eum simul & debitum suum totum. Vbi rursus immensitatem mihi considera misericordie dei. tamen petiit hic seruus morulam aliquam & prorogationem temporis, ille autem multo magis quam petiit, uidelicet totius debiti donationem ultro remisit. Vnde apparet quod grata sit illi oratio, cuius gratia peccata dimittit. oratio enim humiliantis se penetrat caelos, usque adeo misericors & propitius nobis est deus, ut eum appellaret Paulus patrem misericordie, deum omnis solatium. Seruus igitur ille per orationem suam maximi debiti meruit remissionem. Quis gratiam tantam non ita bene collocarit, sequi namque. Egressus seruus iste, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Vidisti misericordiam domini & humanitatem. Vide nunc inauditam serui crudelitatem. Audiatis hæc quicquid pecuniarum gratia similia indies committitis. nam si id fieri non licet in peccatis, quanto minus in pecuniis licebit. Quæ & turpiter & crudeliter sæpenumero agunt sceleratores, urgentes & misere tractantes pauperes, exuentes sudorem & sanguinem ipsorum. Quod si ponderaretur semper, unde contraherentur tot tantisque debita, qua mercatione & conuentione inita, quam iniquis & usurariis patris, quod obsecro deprehenderetur? Et nota quod euangelista dicit egressum a domino suum, quoniam nullus qui in deo manet, compassionis expertus est: sed quia deus charitas

XX ij

Osee. 14

Chryso

Ecci. 35

2. Corin.

Chryso

Theop.

- 1. Joh. 4.** est, quisquis in charitate manet, in deo manet, & deus in illo. Egressus itaq; a domino seruus, alienus factus est ei, alienatus a charitate, oblitus iamã omnis gratiã sibi a domino collatã. exiuit ergo, hoc est, excidit memoria eius, sicut & Iudas demorsa buccella panis, & ingresso in eum sathana, exiuit a domino. Egressus aut inuenit conseruũ, **C**ave quentquã spernas uel infirmũ, qm̃ cõserui oēs sumus, uiuentis dei ministri. & ut maxime hic in mũdo alius alio potentior, fortunatior, honoratiorue sit: attamẽ conserui oēs sumus, nec quicq; separabit nos etiã in die nouissimõ, nisi bonos opesq; merita. Talem te præbe, quis es uel hic princeps, uel dominus, uel nobilis, ut sicut te hic honorauit deus in terris, ita condignis honoribus dignetur in cælis. **Q**uã causa altera est, cur seruus hic non debebat esse durus conseruo suo, sed cogitasse potius quõ sibi maiorib; debitis obstricto, dominus oĩa tamẽ remississet, q; cõseruus ille suus esset, q; unum habebãt & dominũ & creatore, iuxta illud Malachiã: **N**õne pater unus nostrũ osm̃ est? nõne deus unus q; creauit nos oēs? **C**õseruus hic debebat alteri centũ denarios, quãobrẽ alter huic durus eẽ nõ debebat ob min; debitũ, cui dimiserat domin; decies mille talenta. **Q**uod aut; debebat ei centum denarios, ab eodẽ numero scilicet decẽ, sumit. **N**ã & cẽtum centies, sunt decem millia: & decies decem, sunt cẽtum. **D**ices, quãdo hic dominus pctm̃ designat numero centenario, & ites; decies millenario, qd est q; paulo ante idẽ etiã per septuagies septies significauit, cum diceret Petro, **N**on dico septies, sed septuagies septies dimitte proximo tuo: **R**espõdet ad hoc **A**ugustinus, q; **L**ucas descripto Christi baptismo, etiã cõmemorauit eiusdem natiuitatem, deducens illã in **A**dã primum hominem per septuaginta septẽ generationes, exorsus a **C**hristo, qui remisit pctã, desijt in **A**dã, qui peccauit primus. **E**undẽ itaq; numes; hic iã repetit, designãs nullã ex omnibus ijs generationibus omisiam, qua pctũ dimissum non esset. **E**t recte quidem illud Lucas ac compositite scripsit post baptismum, in quo pctã remittuntur omnia, ut statim subiungeret septuaginta septem generationes, qui numerus est remissionis pctõrum.
3. **C**õseruus iste dum misere a deo tractar;urgeretur

ab illo, procidit & ipse rogās eum, & dicens: **P**atientiam habe mecum, & omnia solvā tibi. **E**adē cōseruus reperit verba, quā & ille ad dominū dixerat, misericordiā domini in memoriā illi reducens, cumq; illi dominus debitum dimiserat omne, debebat & ipse utiq; tantulū condonare conseruo, aut certe morā aliquā relinquere. **Q**uamvis em̄ seruus ille antea corā dño suo procebat merito orās eum, iuxta illud **P**salmi, **V**enite, adoremus, procidamus & ploremus corā domino: tamen iā nīmū hoc erat, quod seruus corā conseruo, p̄cidit, sicut & angelus Iohanni uolenti ad genua sibi concidere dixit: **V**ide ne feceris, conseruus em̄ tuus sum & fratru tuorū prophetarū, deū adora. Atqui etiā sic nihilo plus, pmouit ille miser apud hunc, qui quiduis potius erat q̄ homo, prāter hominis figurā nihil habens hominis, nullam ne sic quidem humilitate sua tantamerebatur patientiā, quā tamē nos habere debemus erga oēs. **E**xpectas quid insuper fecerit? miserū illū coniecit in carceres, donec dissolueret debitū. **V**identes hoc conserui eius, perturbati sunt, & adnunciāru domino impietate sui. **C**ōserui, inq; **T**heophylactus uident eē angeli, osores mali, & amatores boni. n̄ ipsi adnunciant illud domino, nō q̄ eū lateat quicq; q̄ nouit omnia: sed ut inde discam⁹ nos, indignari etiā angelos super immites & duos corde, sicut **S**apiens q̄ testat: **C**or duꝝ male habitus: in die nouissimo. **Q**uodq; angeli omnia nostra adnunciant domino, satis magnū in **R**aphaelē habemus exēplum. **I**n uniuersum em̄ uerū est istud **S**apiētis, **Q**ui loquitur iniq; non pot̄ latere. **T**unc uocauit illū dominus suus, & ait illi: **S**erue nequā, omne debitū dimisi tibi, quoniā rogasti me. **V**ocatio hęc tātum intelligēda est de ea, q̄ fit post mortem uel in die nouissimo, quoniā sic manifestari nos oēs oportet ante tribunal **C**hristi. **P**orro dum uocat illū, sese iustū esse declarat iudicē. & in iudiciū quidē intrat cū suo domino propter misericordiā, ut ostendat q̄ non ipse, sed sui crudelitas & ingratitudo donationem irritet. **C**eterū uocās eum rex, non dixit: **O**mne debitum dimisi tibi, q̄ nīam adorasti me, sed quoniā rogasti me, ut ostenderet tātā fuisse efficacīe orationem in remittendo debito.

4. **Q**uæres rursus, **C**ur suum hūc nequā uocat: **E**n tī-

XX iij

Theoph.

Psal. 49

Apoc. ult.

1. Thess. 9

Theoph.

Ecc. 3

Thobi. 12

Sapient. 1.

1. Corin. 5

Chryfost. bi respondeat Chryfostomus. Quando decē millia talentorū non conuitiatus fuit debitori, sed miserus; quando uero aduersus confociū crudelitātē exercuit, tunc nequā atq; improbū seruū appellauit. antea illū quāuis malum, adhuc tñ in numero pœnitentiū constitutū nequā nō uocauit, sed iam mortuū, nulla existente emendationis spe reliqua, dixit: Serue nequā, omne debitū dimisi tibi, nōne ergo oportuit & te misereri cōsetui tuic̄ iuxta illud quod alibi docuit dñs, **Dimitte, & dimitte uobis.** Quilibet igitur homo, q̄ inuidiā & odiū cōcipit aduersus proximū suū, cogitet sibi dici à domino: **Ecce remitto tibi peccata tua.** Quir non & tu dimittis cōseruo tuo, quod aduersus te cōmisit? Pulchrū est quod habet quādā **Glossa in Psalmis; Ne cōstringas pontem misericordiæ super quē ingressus es.** Insignis stoliditas est meminisse uelle aliquē quæ sibi acciderint mala, qm̄ id illi tñ nō alijs incōmodat. **Discimus hinc duo q̄ facere debem⁹:** altere, ut nostra ipsi agnoscamus debita; altere, ut proximo nostro dimittamus ex animo debitū suū. **Uñ itaq; oramus deum, ut nobis peccata & debita magna remittat, decet & nos minora proximis dimittere, decet.** **Thobia: Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquando alteri facias, & item Sapiente, homo conseruat iram aduersus hominē, & querit remediū à deo. Aduersus hominē similit̄ sui non habet misericordia, & orat pro peccatis suis. Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propiciationem petit à deo. Iratus aut̄ dominus, tradidit eum tormentis, donec dissolueret omne debitū.** **Tortores sunt punitrices potestates, à quibus ille, torquetur æternū, donec soluat, cumq; nō possit unquā soluere, semper & perpetuo cruciabitur (donec, non dicit finē, ut pulchre docet Hieronymus contra Heluidium) atq; hoc illud iustum est iudiciū dei, de quo Iacobus ait, quoniā iudicium sine misericordia erit ñs, qui non fecerunt misericordiam.** Tandē iam concludit dominus tali adclamatione: **Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.** Atq; hæc totius parabolæ summa ratio est, ne inuidiam & odium foueamus aduersus proximos nostros. **Pater meus, inquit, non uester, indigni enim sunt tales, qui deum habeant patrē, neq; uero satis est ore & uerbis dimittere, nisi & corde ueraciter dimitt-**

Luce. 6**Psalm. 93****Thobia. 4
Eccl. 28****Theoph.****Donec.**

tas. Vos iam ipsi cogitate charissimi in Christo, quantum malum sit inuidia & libido uindictae. siquidem & diuinam reuocatur donationem, & poenam incurrit aeternam, a qua defende nos mitissime deus, Amen.

HOMILIA TERTIA DOMINICAE

uigesimatertiae post festum

Pentecostes.

De inuidia & odio, quoque modo peccata redeant dimissa.

EX multis quae saluberrima hodiernum in se continet euangelium, dilectissimi in Christo fratres, docemur a domino praecipue remittere omnem noxam proximis nostris. nullumque rancorem odii aut inuidiam erga eum gestare, uindictam nullam nostri gratia appetere. Nos itaque iam breuiter quaedam huic proposito deseruienda expediemus, dicturi primum de uitij huius atrocitate, deinde quomodo inuidus quispiam oratione orare possit dominice. Ad extremum, qui fiat quod & peccata iam semel dimissa per alia noua denuo redeant. Inuidia, inquit Damascenus, est tristitia de alienis bonis, & laetitia de malis. quae quoniam sit peccatum, iam porro explicabimus, ne quod sit quod in hac re tuum effugiat intellectum. Tristitia enim de alieno bono concipere multis modis contingit. Primum, cum quis tristat & dolerit ita, ut uereat sibi aut alteri emergere inde incommodum aliquid aut periculum, quae sane tristitia nec inuidia, neque peccatum est, modo fiat cum modesta, imo sit ut sit illud etiam adprimere commodum, quoniam euenire plerumque solet ut non amissa charitate, & nos ruina inimici laetificet, & rursus eius gloria sine culpa inuidiae contristet, quia per hoc quosdam iuste erigi credimus qui digni sunt, proficiente illo, multos opprimit formidamus iniuste. Ita nimis latatus est populus Israel desubmerso cum populo suo Pharaone. Ita rursus contristatus fuit Marathias, audiens prosperitatem regis Antiochi, qui nitebatur Iudaeos ad cultum idololatriae adducere. Ita in hodiernum gaudere citra peccatum potest uel princeps uel ciuitas aliqua, de alterius nihil boni attentantis incommode & reipublicae perturbantis.

Damascen.

Tristari de bono alieno.

Reg. 22 ca. 11. mo.

Exod. 19

1. Mac. 2

XX *iiii*

2. ¶ **L**etari quis potest de alterius damno, & bono triftari, non eo quod is bonum illud habeat: sed quia ipse careat: quæ etiam proprie inuidia non est, sed magis zelus, cū quis optet æque sibi contingere cuncta prospere ut aliteri: similiter si aliquis triftatur fortunâ aut bonâ ab alio adeptū, cuius sit indignus (eâ Aristoteles nemesis uocat, nos indignationē nō incōmode dixerimus de bono indigni, quibus etiâ zelus nominari queat) hoc quod si cum mode ramine fiat, iniquū nō est, quā sic plurimi Paulum intelligunt, dicentē: Vos quoniâ æmulatores estis spūm, ad edificationē ecclesiæ quærite ut abundetis. **In** eū sensum accipiendus est & Hieronymus, dum filiam informat Letæ, dicens: Habeat socias cū quibus addiscat, quibus inuideat, quæque laudibus mordeatur. Sic cum neophytus aliū superare cum æmulatione studet in obseruatiā, puer puer inuidet in profectu literario, malum non est.
3. ¶ **A**dhuc de alterius bono triftatur quispiā, nulla pōtēstas causæ, sed ita absolute, quod ei quæ odit, tantum boni nō fauet: quæ yā inuidia est pētūm mortale, quia contra charitatē dei & pximi. sicque Paulus charitatē ait, nō inuidere, sed gaudere cum yitate. & Chrysostomus, Inuidia, inquit, est ignis inextinguibilis. etenim sicut rinea comedit uestimentum, sic inuidia eum qui zelat cōsumit. atque ita p̄sentē semp̄ habet p̄nā rōne iustitiæ, quia spūs tristis exiccat ossa. Et ut maxime quæ gaudeat de alieno cōmodo & bono, tamen sic quoque supplicio suo nō carebit, iuxta illud Salomonis: Qui in alterius gaudet ruina, non manebit impunicus.
4. ¶ **T**ristat etiâ aliqs ob gratiā dei quā in pximo suo uidet, quæ sane inuidia lōge turpissima est, pētūm in spūm sanctū, inuidia gratiæ fraternæ. namque cū spūs sctūs amor sit, & huic ex diametro repugnet inuidia, quod reliquū ē nisi inuidiā uitiū esse ut pessimū, ita omnium maxime abominandū, atque omnino (ut ait Augustinus) diabolicū, quod solo diabolus est reus, & inextinguibiliter quod reus: diabolus enim, ut dānet, dici non pōt, adulter es, fur es, gulosus fuisti, sed hoc unū, inuidisti homini. Vidit etenim exaltationē hoīs ille, & inuidit. perque inuidiā ipsius mors introiit in orbē terrarum, & adhuc sequunt eū quotquot partium sunt suarum.
- e. Cori. 14.**
- Hierony.**
- e. Cori. 13.**
- Chryost.**
- Prou. 17.**
- Augustin.**
- Bernard.**

E: **H**æc cū ita se habeāt, recte sequit̄, inuidos, diaboli esse discipulos, eo q̄ ipsum sequunt̄. Vicissim discipulis suis hoc dedit argumentū **Christus**: In hoc cognoscēt omnes, **Johan. 7.** q̄ mei estis discipuli, si dilexeritis uos inuicē. **Contra** discipuli diaboli mutuo sese odio persequuntur: & sicut spiritus sanctus corda fidelium inflammat in charitate feruente erga deū & homines, Ira diabolus odia tantū seminat & liuorē, discordias, dissidia, iurgia & contentiones: id ipsum nunciū eius homines mali & peruersi similiter faciūt. Multa hic dici possent, unde fiat ut quis inuideat alteri, sunt em̄ qui à natura procliuēs sint ad inuidiā, ut plerunq; pueri, mulieres nimis pallidę &c. **Estq;** hoc paruulorū peculiare, ut inuideant alijs, sicut **Augustin⁹** profitetur uidisse se zelantē paruulū, qui nondū loquebatur, & tamē pallidus intuebatur collactaneū suū. Neq; raro fit, ut nobis etiam nō cogitantibus primo adhuc motu accidat inuidiā, puta cū alterius audimus felicitatē, primulū inuidemus ei aut gaudemus ex ipsius malorū si sic animo fiat min⁹ p̄meditato, peccatū mortale nō est, siquidē is fructus est arboris nostrę sterilis & aridę. caro ex Adamo tracta, fructus nobis fert huiuscemodi. **Quod** si aut̄ aliq; cōsulto & cū p̄meditatione tristatur de magno alterius cōmodo, id sane p̄tūm & magnū & capitale est, de q̄ supra diximus.

Veniamus nūc ad incōmoda inuidiæ, uisuri si ijs grauissimis malis utiq; , inuidiæ radices ex quorundā cordibus euellere queamus. **Principio** utriū hoc ita per omnia malū, ut nihil in se boni habeat. diabolus em̄ illaqueaturus hominē, uoluptatulam ei aliquā proponit, qua ipsum ad peccatū alliciat: sicq; superbo gloriā promittit & honores, avaro diuitias, guloso & libidinoso uoluptatem ipsam, ignauo quietē & tranquillitatē. Inuidus aut̄ nihil plane boni aut iucūdi ex sua malitia cōcipit. Insignis stultitia est, **Diomedea** permutatione aurū ære, asinū cōmutare fistula. **At** qui inuidus etiā gratis uēdit, nullā inde cōcipiens uoluptatē, sed angustia t̄m & irrequietā animi sollicitudinem, quod uel ex ipso corpore adparet, teste **Poeta**:

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam resta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.

XX v

Rifus abest, nisi quem uisi fecere dolores.
Nec fruitur somno.

Gene. 3
Gene. 4
Gene. 37
1. Reg. 20

Matt. 17.

Cypria.
serm. 2. de
Te. 2. li.

Job. 3

Gregori⁹.

Johan. 12

Hierony.

¶ Ita paulatim incipiunt hic inuidi cruciari, & illic tandem torquebuntur perpetuo. Magnū & uirulentū uitiū inuidia est, nec quicquā inuido nimis arduum est, nō homicidia, non mulierū cædes, non infantū occisiones, non ueneni largitiones, nō incendia, nemini hic parctur, uel nocenti uel innoxio. Quid in causa fuit obsecro, quod pri mi parētes nostri seducti sunt: inuidia diaboli. Vnde Cain innocētē fratrem suū Abel occidit: ex inuidia. Quid adigit fratres Ioseph uendere, & penē etiam occidere: inuidia. Quid Saulem impulit ad persequēdum Dauidem, cui etiam propriam filiam antea dederat uxore: inuidia. Aut que causa fuit, cur Christū Iudei tradidere Pilato: inuidia.

¶ Vnde pleraq; bella, unde hominum prouinciarumq; perditiones oriuntur maxime: ex inuidia. Līuor igitur tabificum, ut ait ille, malis uenenum, uel eo flagitium pe silentius est, q̄ decrecentibus reliqs in homine uitrijs, sola tantum crescit tum auaritia, tum inuidia: neq; terminū habet zelus iste, permanens iugiter malū, & sine fine peccatum est: quantoq; ille cui inuidet, successu meliori profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris exardescit. itaq; animam hominis necat, iuxta illud Iob: Paruum occidit inuidia, siquidē priuat aliquē intellectu suo, excæcat rationem, omnesq; uirtutes animæ bonas interimit. Perpendere igitur debent inuidi, quantæ sint cæcitaris, qui alieno profectu deficiunt, & aliena lætitia contabescunt, quicquid enim alijs accedit, id ipsi amittūt, quod si ditescit ille, non fauet hoc ei inuidus: si sanus efficitur alius, id quoq; contrarium est inuido. Imō & odor suauissimus, qui alijs hominibus facit ad uitam, mors inuido ē, sicut unguentum preciosum Mariæ nō poterat ferre inuidus Iudas, neq; Iudæi sustinere potuerunt concursus populi ad Christum, cū dicerent se nihil proficere, eo quod totus mundus sequeretur illum. Ita primum se arrodit & absument inuidia, quæ ideo uermibus comparat, qui ex ligno nascunt, illud. n. ex quo nati fuerant, paulo post exedat. sic inuidia, autore Hierony. primū se demordet. Tāq; uirulentum malū est liuor, ut ultro careat inuidus bono

Aliquo, dū eodē priuetur & proximus suus: sicut ille, quē rex petere iubebar qd uellet, scq; daturū ei, & alteri cui in uidebar bis tm̄: uerit⁹ ne si mille aureos peteret sibi dari, alteri darētur duo millia: inuidia itaq; cōpulsus petir̄ effodi sibi oculū, ut alteri effoderent ambo. Nemo igit liui do multū cōuerteretur, iuxta consiliū Sapiētis: Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius, quoniam in similitudinem arioli & coniectoris existimat qd igno rat. Comede & bibe, dicit tibi, & mens eius nō est tecum.

3. ¶ Quando itaq; scelus tm̄ est inuidia, fugiamus illud, neq; leuiter peccemus in eo. cogitemus potius qd oram⁹ & iudicē. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittim⁹ Matth. 6. debitoribus nostris. Dimittere autē proximo bifariā pōt intelligi: uel ratione offensæ, ita necessariū est dimittere nos proximo nostro, eo qd oēs tenemur diligere ex chari tate: uel prop̄ iniuriā alicui a proximo suo illatā. & hic debita pro sicut sine pctō quis pōt bonū repetere ablatū, etiā potest ximo, aliquis licite & citra inuidiæ uitii honorē petere ademp tum sibi. Imō dari pōt casus, ubi offendatur cæteri, si qs nolit nominis sui & famæ gloriā tutari, tunc. n. iure exequi posset & deberet, sicut dici solet in Iure: Crudelis est qui famam negligit.

Verū inuidiā hanc nō debet in corde & animo suo fouere ut crescat in odiū, qm̄ aliās dicitur ei a dño: Serue nequā, ut ut crescat in odiū, qm̄ aliās dicitur ei a dño: Serue nequā, sunt. Matth. 23. omne debitū dimisi tibi, nōne oportuit & te misereri cō serui tui: profecto. n. si dimiserimus nos hoibus pctā sua, dimittet & nobis pater cælestis pctā nostra. Quæris autē an inique faciat inuidus, dū orationē orat dñicam, nolēs interim dimittere proximo suo. Rūderetur, ad hoc ut quis meritorie oret, inuidia carere debet, iuxta illud qd ait Sa piēs: Relinque pximo tuo nocēti te, & tūc deprecari tibi pctā soluent. Sic Paul⁹ inqt, Estote inuicē benigni, miseri cordes, donātes inuicē sicut & de⁹ in Ch̄so donauit nobis. Ch̄sus q; dimittere nos iubet, ut dimittat uicissim nobis. Sic dñs per prophetā r̄idet ihs qui cōquesti erant, dicētes: Quare ieiunamus, & nō aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, inquit dñs, in die ieiunij uestri in uenit uolūtas uestra, & oēs debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiōes ieiunatis, & pcutitis pugno impie.

Nolite ieiunare sicut usq; ad hanc diem, ut audiat in excelsis clamor uester. Vnde & Paulus ait, Noli uinci à malo, sed uince in bono malo. Plus rei exemplar nobis dedis

**Roma. 12.
Luc. 23.**

Actu. 7.

dominus, dum pro suis orauit crucifixoribus: Pater, inquit, dimitte illis, quia nesciunt quod faciunt. In hoc speculum respexit Stephanus, quoniam pro lapidantibus se orauit dominum, dicens: Ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt.

2. ¶ Potest quis orare dominicam precationem tanquam per sona publica, ut si quis parochus uel sacerdos totius ecclesie nomine illam decantet uel oret, recte facit: & quibus ratione suae personae uerum non sit, quod dimittat proximo, tamen uerum est in persona ecclesiae. & sic quilibet potest eam orare, quoniam non dicit, Dimitte mihi, sicut ego debitoribus dimitto meis, sed, sicut nos dimittimus, in persona totius ecclesiae, in qua multi sunt, qui nec iram, nec inuidiam, nec odium gerant aduersus proximos suos.

3. ¶ Si autem pro se oret inuidus, nolens tamen mittere inuidiam, male facit, quoniam sic ait **Aug.** Peccatum non dimiseris, non poteris dicere, dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Et in enchiridio ca. 84. Qui rogati peccati sui ueniam, & petenti ex corde non dimittit, nullo modo & timeret domino peccata sua dimitti, quia mentiri ueritas non potest, si non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.

**Lib. 1. de
uer. domi-
ni in mote**

Chrysost.

Atque hoc etiam est quod **Chrysostomus** ait, Cum qua spe orat, qui inimicitias seruat aduersus alterum, à quo forsitan laesus est: sic enim ipse orans mentitur, dum dicit, remitto & non remittit. itaque & à deo petit indulgentiam peccatorum, & ei non indulgetur. Attamen si quis eo animo oret dominum, ut sicut deus homini peccata dimittit ex gratia, ita ipse quoque gratiam petat à domino, dimittenti proximo peccata sua, non peccabit ille sane orando orationem dominicam.

**De bapt.
contra
Donatist.
Ambrosi.**

4. ¶ Circa finem huius euangelij occurrit adhuc questio, cur dominus seruum hunc tradiderit terroribus propter debitum, quod illi remiserat antea. Respondet **Augustinus**, & ait redire peccata dimissa, ubi fraterna charitas non est. ita sanctus quoque pater ait **Ambrosius**, Donare inuicem, si alter in alterum peccat, alioquin deus repetit dimissa, si in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam,

per quam misericordiam dederat, probat idipsum p huius euāgelij textū. Rabanus adhuc acerbior est, cū ait: Nequam feruum tradidit tortorib⁹, quoad usq; redderet uniuersum debitum, q̄a non solū p̄cā quæ post baptismum egit hō, reputabuntur ei ad p̄cnā, sed etiam originalia quæ in baptismo sunt ei dimissa. In eadem sententia est & Grego, cum ait: Ex dictis euangelicis constat, quia si ex corde nō dimittimus, & hoc rursus exigit, quod iam nobis per p̄nitentiā dimissum fuisse gaudebamus. Ut iā res hæc itā sane intelligatur, ne quis mitissimum deū crudelitatis arguat & tyrannidis, sciendum est nō ita uetera redire p̄cā, ut pro n̄s sic puniat æternum, q̄si non p̄nitentiā pro eis egisset, dub. n. id nimis fuerit, cum non bis puniat deus unum peccatū. neq; retribuatur duplicē tribulationē, quod & ex illa patet expositione quid sit dimittere peccatum, nisi quia nō uult domin⁹ illud imputare alicui ad p̄cnā æternā, teste Aug. & Dauide: Beati quorū remisse sunt iniquitates, & quorū testa sunt p̄cā, hoc est, obliuioni cōtradita. Sic Gelasius inquit, Diuina clementia dimissa p̄cā in ultionē ulterius redire non permittit, cui cōcordat & Aug. ad Prosperum. Sed eo tantum dicuntur redire, quoniā si cui remittit dominus peccatū, & propter gratiam illā ipse porro cauere debeat p̄peruo à peccatis, rursus autē recidat in p̄cā, posteriora hæc prioribus sūt grauiora ob ingratitudinē: hinc sequitur, adulterium quod quis iā cōmittit, grauius esse (cæteris paribus) eo quod ante decennium cōmiserat, quia quo diuitius longiusq; uiuis, eo tibi grauiora semper fiunt p̄cā ob ingratitudinis uitium longe teterrimum. Dicere quoq; possumus redire p̄cā sic, q̄ quemadmodum antea p̄cnā incurrit æternā, ita eandem nunc quoq; cōmeruit, nō propter antiquum illud, sed hoc nouum peccatum, quoniā qui in uno offendit, iam factus est omnium reus, nō q̄ tantum pati debeat: quia tam priuatur gloria æterna perpetuis depuratus supplicis, q̄ si omnia alia transgressus esset (quo ad p̄cnā dampni omnes damnati sunt æqualiter dānati, & quo ad durationem, quia omnium p̄cna est infinita) Infringit porro propositum, qd p̄nitens habuit de nō peccando in posterum. hinc sequens peccatum grauius sit. Admo-

Rabanus

Grego.

Nazum. t

Psalm: 37

De p̄nitentiā. dist. 4. c. diuina.

Jacobi. 3. 8

nitos itaq; tam uos dilectissimi omnes uolo, ut dilectione mutua obseruetis, remittentes inuicem alter alteri delicta sua propter dñm, & ille uicissim nos, ut fratres ueros que suos filios remunerabit in æterna patria. Id adeo tu præsta **Christe Iesu**, qui cū deo patre in unitate spūs sancti uiuis in æternitate perpetua benedictus, laudabilis & gloriosus in secula, Amen.

DOMINICA VIGESIMA

QUARTA A FERIIS PENTECOSTES, euangelium **Mat. XXII.**



Marci. 12.
Luce. 20

Actu. 10

In illo tēpore Abiuntes pharisæi, cōsiliū inierūt ut caperēt Iesum in sermone, & mittūt ei discipulos suos cū Herodianis, dicētes: **Magister**, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. nō em̄ respicis

personā hominū, dic ergo nobis, quid tibi uideatur. licet cēsum dari **Cæsari**, an nō? **Cognita** autē Iesus nequitia eorum, ait: **Quid** me tentatis hypocrite? ostēdite mihi numisma cēsus. **At** illi obtulerūt ei denariū. **Et** ait illis Iesus: **Cuius** est imago hæc & superscriptio? **Dicūt** ei, **Cæsaris**. **Tūc** ait illis: **Reddite** ergo quæ sunt **Cæsaris**, **Cæsari**: quæ sunt dei, deo. **Et** audientes, mirati sunt. & relicto eo, abierunt.

Roma. 13